

paulum de profundo maris potenter eripuit, Agnetem de profundis ereptam super aquarum superficiem divinitus apparere fecit . . . Confestim igitur a fratribus capitur. capta ligatur. et. intra magnam ydriam ponitur ac cum difficultate magna per sorores et fratres sursum trahitur, et levatur. Erant autem trachia pedes et ossa corporis ex collisione contracta: Collum fractum caput suscendere (?) non poterat . . . dum igitur sic staret . . . in conspectu sororum . . . eam . . . mortuam reputantes alta voce clamare ceperunt. Irruerunt in sororem margaretam, Agresse sunt eam vituperiis, Exprobrabant ei, quod eam interfecerat . . . Ad hec virgo sancta . . . iterum . . . cum magnis lacrimis genuflectens oravit dominum . . . Oratione finita protinus Agnes viva et sana surrexit . . . Et servivit sororibus, ac illius, quod in se fuerat experta, miraculi veridica testis fuit. *Náp. c. 48.*¹

HORVÁTH CYRILL.

ÚJABB ADALÉKOK CODEXEINK FORRÁSAIHOZ.

(Harmadik közlemény.)

4.

A Hortulus animae imádságai codexeinkben.

Addig is, a míg a középkor végső évtizedeinek és a XVI. század elejének e legnépszerűbb imakönyvéről készülő nagyobb bibliographiai és irodalomtörténeti dolgozatokat bemutathatom, ezúttal csupán azoknak az

¹ Puella quaedam missa per eam in nocte Paschae ad quaerendum eius tunicam, cum esset nox obscura, et pluvia magna, cecidit in puteum profundum. Diu quesita non inveniebatur, donec orante s. Virgine, in superficie aquae apparuit, et cum labore sursum tracta est, habens omnia membra corporis contracta, et conquassata, carens sensu et motu, et mortua videbatur. Improperabant Virgini, quod fuisset causa mortis eius. Sed oravit Virgo beata cum lacrymis, et statim puella viva et sana, nullam habens laesionem, surrexit, ambulavit, prostrata ad eius pedes gratias egit, et postea pluribus annis vixit. *Pad. 40.*

imádságoknak és himnuszoknak a szövegét akarom belőle közölni, melyek codexeinkben elszórtan számos helyen s nem egy esetben párhuzamos szövegekben is találhatóak.

Ezzel csak újabb járulékokat kívánok nyújtani ahhoz a SZILÁDY ÁRONTól nagy szerencsével megkezdett és másokat is nyomra vezető munkához, melynek az *Irodalomtörténeti Közlemények* alább idézett lapjain látjuk az útjelzőit.

A *Hortulus animae* hazánkban és Bécsben föllelhető összes XVI. századbéli kiadásait, a latinokon kívül az ezeken alapuló fel- és alnémet nyelvűeket is átvizsgáltam. Azért egyelőre csupán ezeket, mellőzve a néhány XV. századból valót, mivel amazok bővebbek, korban is közelebb állók codexeink legtöbbszörének ez imádságos könyvből merített darabjaihoz. A teljes pontosságú szövegkritikai kiadásnál azonban, melyhez e szerény előmunkálat csak az útát akarja egyengetni, természetesen a régibb kiadások, sőt lehetőleg a kézirati szerkezetek is számbaveendőek, a mennyiben a további kutatás esetleg ilyeneknek a nyomára is vezetne.

Az említett XVI. századbéli kiadások, melyeket a jelen dolgozat céljára átböngésztem, a következők:

A) Latin nyelvűek:

1. Strassburg 1516 aug. 26. Knobloch Jánosnál (Bécsi cs. k. udv. könyvtár: 18. W. 63.)

2. Nürnberg 1520. I. Nonas Sept. Koberger János kiadó költségén nyomt. Peypus Frigyesnél. (Bécsi cs. k. udv. kt., jelzés nélkül. Csonka példány, a melyből azonban csak egy, a LXXIII. lev. hiányzik. E levél szerencsére megvan e kiadásnak egy sokkal csonkább hazai példányában, mely a budai Sz. Ferenc-rendiek — Kapisztrán Sz. János rendtartománya — könyvtárában található, s melyet a bécsi példánynyal tüzetesen egybevetve, hosszabb időn át teljes kényelemmel használtam. Az alábbi szövegeket is e két példány nyomán idézem és közlöm.)

3. Nürnberg 1521 decz. 13. Koberger János költségén Peypus Frigyesnél nyomt. (Bécsi cs. k. udv. kt.: 71. y. 182.)

4. Lyon 1517. V. Idus Nov., a nürnbergi Koberger J. költségén nyomt. Clein Jánosnál. (Egy-egy csonka példánya az esztergomi egyházmegyei és a pannonhalmi könyvtárban. Amaz: Incun. s. XVI. III. 19. jelzettel a ritkaságok közt kiállítva. Emerről I. RÉCSEY VIKTOR, Ősnyomtatványok és régi magyar könyvek a pannonhalmi könyvtárban. Budapest 1904. I. 161. l. 219. sz.)

B) Német nyelvűek:

1. (felnémet). Strassburg 1513. Flach Mártonnál. (Bécsi cs. k. udv. kt. 19. M. 8., és egy csonka példánya Pannonhalmán. L. RÉCSEY id. h. I. 161. l. 218. sz.)

2. (felnémet). Az előbbihez nagyon hasonló, de vele mégsem teljesen azonos kiadás egy csonka példánya a Nemz. Múzeumban (Mor. 3090.), melynek keletét, minthogy az eleje és a vége hiányzik, nem állapíthattam meg.

3. (alnémet). Lipcse 1513. Kachelofen Konrádnál. (Bécsi cs. k. udv. kt. *38 Aa 99.)

Mіндеzen kiadások, kivált a latin nyelvűek, a Függelékeiket kivéve, nagyjában egyenlő beosztásúak és tartalmúak. A legtöbbnek végén megvan *Sz. Brigitta tizenöt imádsága*, mely annyi codexünkben többé-kevésbé párhuzamos szövegekben található meg. (Így a Winkler-c. 245—261., Gömör-c. 98—128., Gyöngyösi-c. 7—24., Thewrewk-c. 1—33., Pozsonyi-c. 1—16., Czech-c. 1—42., Kriza-c. 1—67. és a Lázár-codexben.)

De ezeknek a latin eredetijét már közközre juttatták az *Irodalom-tört. Közlemények* VI. (1896) 197—203. l. Ismereteseek, részben későbbi imakönyvekből (pl. a XVIII. század folyamán nálunk igen elterjedt *Officium Rakocianum* és a kevésbé elterjedt, de szintén nem éppen ritka *Via Franciscanaból*) jobbára a többi, alább kijelölt codex-részletek latin szövegei is. Egy részük azonban tudtommal még egyáltalában nincs kimutatva, — hacsak dr. Varga Damján pályaművében nem, melynek megjelenése már vajmi kívánatos, — valamennyi pedig codexünk koránál jóval későbbi szerkezetekben lelhető meg könnyebben. Épp ezért szükségesnek látom ezeket is nyelvemlékeinkkel körülbelül egykorú szövegekben egybeállítani, hogy a *Hortulus animae* egészen ép példányainak nagy ritkasága miatt nehezebben hozzáférhető helyeikről kényelmesebben fel-lelhetőkké tegyem. Milyen bajos a *Hort. animae* egy teljesen ép példányához jutni, annak jellemzésére legyen elég megjegyezmem, hogy hazánkban egyetlenegy sem tudtam eddig találni. Mint most, sajnos, már későn látom, Emich Gusztáv udv. tanácsos rendkívül értékes kézirat- és könyvgyűjteményében, mely csak a napokban (1906 márcz. 15—17) került Bécsben eladásra, szintén volt egy kiadása e fametszetei miatt sokszor barbár módon megcsontított imádságos könyvecskének. Még pedig az árlejtés intéző bécsi Gilhofer & Ranschburg-czég kiadta XX. könyvjegyzék 46. lapján, 228. sz. a. közölt leírás szerint ez az 1516. évi mainzi, Schöffler János-féle kiadás egy szép és két lap híján ép példánya volt, mely 83 művészi fametszete miatt is a legkeresettebbek közé tartozik.

Ím itt következik már most a 23 kijelölt codex-részlet 51 párhuzamos szövegben, melyek 11 codexünkben vannak elszórva. Ezek: a Thewrewk-c. 13, a Gömör-c. 11, a Peer-c. 9, a Lobkowitz-c. 6, a Pozsonyi- és a Czech-c. 3—3, a Festetics-c. 2, a Nagyszombati, Teleki-, Kriza- és Vitkovics-c. 1—1 darabbal.

1.

Hort. an. f. XXIXa: Thewrewk c. 185—197. (Nyet. II. 319.)

Sequitur oratio S. Ambrosii de singulis articulis passionis Domini, quam Amastasius I. papa confirmavit, dans singulis eam dicentibus quingentos dies indulgentiarum.

Domine Jesu Christe fili dei vivi, creator et resuscitator generis humani, gratias tibi referimus, licet indignas, sed utinam devotas et tibi gratas, quia pro nobis miserrimis de caelo descendisti, et ex beatissima virgine Maria carnem assumpsisti, de ipsa quoque nasci voluisti; pannis fuisti involutus, in praesepio positus, uberibus lactatus, carne circumcisis,

magis manifestatus, ab ipsis adoratus, in templum praesentatus, in Aegyptum relegatus, ad patriam reversus, parentibus subditus; a Joanne baptizatus, ieiunio quaterdeno attenuatus, ter a daemone tentatus, itineribus fatigatus, vigiliis, fame et siti maceratus, praedicando lassatus, compatiendo lachrymatus et a Judaeis reprobatus, saepius ab eisdem iniuriatus. Instante vero passione tua voluisti contristari et moestus esse ut verus homo, pavere simul et taedere, positus genibus orando ter in faciem procidere, factus in agonia guttas emittere sanguinis pro sudore. A Juda denique fuisti traditus et ab ipso fraudulenter osculatus, ab ipsis Judaeis cum impetu comprehensus, vinculis quasi latro ligatus, solus profecto derelictus, discipulis metu fugientibus. Ad pontificem Annam ductus, ibidem alapa percussus; missus ab ipso ad Caipham vinctus, et ibidem multipliciter derisus. In concilio Judaeorum statutus, per falsos testes accusatus, morte turpissima condemnatus, sputis facie contaminatus, opprobriis lacessitus, contumeliis affectus, colaphis caesus, palmis iterum percussus, multis modis blasphematus; vinctus Pilato traditus, ad mortem instanter accusatus, Herodi a Pilato missus, ibi nihilominus criminatus, ab Herode et exercitu suo spretus, indutus alba veste ad Pilatum remissus, nudus ad columnam iussu Pilati ligatus, usque ad sanguinem acriter flagellatus, ab eodem morti adiudicatus; ad crucifigendum militibus traditus, a quibus iterum exutus, veste purpurea indutus, coronatus, arundine pro sceptro insignitus, genu flexo salutatus, irridenter rex Judaeorum nominatus, tertio alapis caesus, iterum facie consputus, arundine capite percussus, veste purpurea exutus, ligno crucis oneratus, ad passionis locum adductus; ibi myrrhato vino cum felle potatus, vestibis propriis tertio exutus, in cruce demum extensus, clavis manus et pedes confixus, et sic inter latrones crucifixus et cum sceleratis deputatus a praetereuntibus quoque et adstantibus pendens in cruce crudeliter blasphematus. Clamans: Deus meus, utquid dereliquisti me? Tandem sitiens aceto potatus, inclinato capite mortuus, a milite lancea latere perforatus, unde exivit sanguis et aqua. Sero de cruce depositus, in monumento a Joseph sepultus. Resurgens tertia die tuis apparuisti; quadragesimo die caelos ascendisti, sedens ad dexteram Patris; promissum Paracletum discipulis misisti. Demum ad iudicium venturus, singulis pro meritis bonum vel malum es redditurus. Tu, Domine Jesu Christe, per has sanctissimas poenas tuas, et per mortem tuam pretiosissimam, et per pretiosissimum sanguinem tuum pro nobis effusum, atque per omnia alia hic de te praedicta; per tuam quoque ineffabilem misericordiam, ac per preces et merita beatissimae semper virginis Mariae et omnium sanctorum tuorum: me sordidum peccatorem *N.*, et omnes parentes meos, fratres et sorores, amicos et inimicos meos; et omnes pauperes, tentatos et desolatos, vinctos et infirmos et omnes, pro quibus orare teneor; atque omnem populum Christianum a tribulationibus et angustiis eripe; a diaboli laqueis et a peccatorum vinculis atque ab omni malo animae et corporis nos libera et salva, et ab his nos semper protege. Omnes cogitationes et actiones nostras taliter, ut sint acceptabiles tibi, semper disponam. Tua gratia ac sancta pace atque virtute nos reple, et in his

usque ad mortem nos perseverare tribue; bonum finem vitae nostrae nobis concede; et nos praenominatos vivos post mortem ac de eis iam mortuos, et omnes fideles defunctos ab omnibus poenis redime. Et ad caelestis regni gloriam sempiternam nos omnes fac misericorditer pervenire. Qui cum Deo Patre et Spiritu S. etc.

II.

Hort. an. XXXIa: Peer-c. 194—199. (Nyet. II. 79. Verses szabad átdolgozás.) Gömör-y-c. 160—166. (Nyet. XI. 342.) Vitkovics-c. 103—108. (Nyet. VII. 313.)

Oratio venerabilis Bedae presbyteri de septem verbis ultimis, quae dominus Jesus Christus loquebatur pendens in cruce. De qua fertur, quod quicumque eam flexis genibus devote dixerit, nec daemonis nec mali hominis nocumenta patietur, nec inconfessus morietur.

Domine Jesu Christe, qui septem verba die ultimo vitae tuae in cruce pendens dixisti; et voluisti, ut semper illa sanctissima verba in memoria haberemus: rogo te per virtutem illorum septem verborum, ut mihi parcas quicquid peccavi aut commisi in septem peccatis mortalibus, aut ex illis procedentibus, scilicet superbia, avaritia, luxuria, invidia, gula, ira, acedia. Domine, sicut tu dixisti: Pater, ignosce crucifigentibus me, fac ut amore tuo parcam ego cunctis mihi mala facientibus. Et sicut tu dixisti latroni: Hodie mecum eris in paradiso, fac me ita vivere, ut in hora mortis meae dicas mihi: hodie mecum eris in caelo. Et sicut tu dixisti matri tuae: Mulier, ecce filius tuus! deinde dixisti discipulo: Ecce mater tua! fac ut matri tuae me societ amor tuus et charitas vera. Et sicut tu dixisti: Hely, hely, lama zabathani, hoc est: Deus meus, deus meus, utquid dereliquisti me? fac me dicere omni tempore tribulationis et angustiae meae: Pater mi, domine mi, miserere mihi peccatori, et adiuva me et dirige me, rex meus et deus meus, quia tuo proprio sanguine redemisti me. Et sicut tu dixisti: Sitio, scilicet salutem animarum sanctarum, quae in limbo erant adventum tuum exspectantes, fac ut ego semper sitiam et diligam te, fontem aquae viventis, fontem aeterni luminis, toto cordis desiderio ad amandum te. Et sicut tu dixisti: Pater in manus tuas commendo spiritum meum, fac ut in obitu meo perfecte et libere possim ego tibi dicere: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, recipe me venientem ad te, quia nunc constituisti mihi terminum temporalis vitae meae. Et sicut tu dixisti: Consummatum est, quod significat labores et dolores, quos pro nobis miseris suscipere veneras iam finiri, — fac ut audire merear illam dulcissimam vocem tuam, scilicet: veni amica mea, dilecta mea, quia iam disposui penurias tuas consummari. Veni, ut mecum conscendas cum sanctis angelis meis in regno meo epulari, iocundari et commorari per infinita saecula saeculorum. Amen.

III.

Hort. an. XXXIb: Gömör-y-c. 56—58. (Nyet. XI. 315. Próza-fordítás.)

Oratio beati Gregorii papae de quinque vulneribus Christi Jesu; et quicumque hanc orationem cum devotione dixerit, habebit quingentos annos indulgentiarum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ave manus dextra Christi,
perforata plaga tristi;
nos ad dextram iube sisti,
quos per crucem redemisti.</p> <p>2. Ave manus Christi laeva,
sic confixa manu saeva,
nos ab eo malo leva,
quod produxit mater Eva.</p> | <p>3. Ave vulnus dextri pedis,
sedem mentis pie laedis,
dum ad eum saepe redis,
esto nobis spes mercedis.</p> <p>4. Ave plaga laevae plantae,
qua virtutum crescunt plantae,
nos ab hoste supplantante
contuere post et ante.</p> |
|--|---|
5. Ave latus perforatum,
unde fluxit flumen gratum,
praebe nobis conducatum
ad aeternae vitae statum.

IV.

Hort. an. XXXIIIa: Peer-c. 176—180. (Nyet. II. 77.) Thewrewk-c. 205—209. (Nyet. II. 323.) Lobkowitz-c. 244—247. (Nyet. XIV. 81.) Pozsonyi-c. 17—19. (Nyet. XIII. 113.) V. ö. Irodalomtört. Közl. VI. (1896.) 378. 1.

Orationes dicendae ante imaginem Pietatis, quae apparuit sancto Gregorio, et debent dici septem Pater noster et totidem Ave Maria, pro quibus sunt maximae indulgentiae ab eodem sancto Gregorio et aliis quamplurimis summis pontificibus concessae.

O Domine Jesu Christe, adoro te in cruce pendentem...

V.

Hort. an. XXXVIIa: Peer-c. 205—211. (Nyet. II. 81.) Thewrewk-c. 83—87. (Nyet. II. 288.) Gömör-y-c. 216—223. (Nyet. XI. 355.) V. ö. Irodalomtört. Közl. VI. (1896) 377. 1. a Peer-codexre való hivatk. nélkül.

Salutationes ad omnia membra Christi.

Salve tremendum cunctis potestatibus caput domini nostri Jesu Christi...

VI.

Hort. an. XXXVIIIb: Thewrewk-c. 241—244. (Nyet. II. 331.)
Gömöry-c. 147—150. (Nyet. XI. 339.)

Quinque laudes a Domino Jesu Christo cuidam religioso revelatae. Fuit quidam clericus satis sollicitus et diligens salutare matrem domini nostri Jesu Christi dicens: Ave Maria etc. Et in ipsa salutatione semel apparuit ei dominus ipse Jesus et dixit: Mater mea iam valde gratam habet hanc tuam salutationem et ex ea multum te diligit. Tamen et me salutare memento. Cui clericus: Nescio, domine, quomodo te debeam salutare. Tunc dominus Jesus ipsi clerico in cella constituto infrascriptas revelavit salutationes.

Salutatio prima. Ave domine Jesu Christe, rex benedecte, verbum Patris, filius virginis, agnus Dei, salus mundi, hostia sacra, verbum caro factum, fons pietatis.

Salutatio secunda. Ave d. J. Chr., r. b. laus angelorum, gloria sanctorum, visio pacis, deitas integra, verus homo, flos et fructus virginis matris.

Salutatio tertia. A. d. J. Chr., r. b., lumen caeli, pretium mundi, gaudium nostrum, panis angelorum, cordis iubilus, rex et sponsus virginitatis.

Salutatio quarta. A. d. J. Chr., r. b., splendor Patris, princeps pacis, ianua caeli, panis vivus, virginis partus, vas puritatis.

Salutatio quinta. A. d. J. Chr., r. b., vita dulcis, veritas perfecta, praemium nostrum, charitas summa, fons amoris, dulcedo et pax durabilis, requies nostra, vita perennis, miserere nobis. Amen.

VII.

Hort. an. LXXVIIIa: Czech-c. 104—122. (Nyet. XIV. 326.)
Gömöry-c. 175—190. (Nyet. XI. 347.) Pozsonyi-c. 23—31. (Nyet. XIII. 117.) Festetics-c. 141—160. (Nyet. XIII. 39.) Nagyszombati-c. 382—391. (Nyet. III. 123.)

Quincunque subscriptam orationem triginta diebus devote dixerit in honorem sanctissimae passionis domini nostri Jesu Christi, et in honorem beatissimae virginis Mariae matris eius: quaecunquae licita petierit, misericorditer obtinebit.

Sancta Maria, perpetua virgo virginum, mater misericordiae, mater gratiae, spes omnium desolatorum, consolatrix omnium desperantium: per illum gladium doloris, qui tuam pertransivit animam, dum unigenitus filius tuus, dominus noster Jesus Christus supplicium mortis pateretur in cruce; et per illum filialem affectum, quo ipse materno dolori compassus integerrimae dilectionis suae vicario Sancto Joanni providendam commendavit: compaterere, condole, consule, quaeso, anxietati, adversitati, infirmitati, paupertati, sollicitudini et qualicunquae necessitati meae. O misera-

trix miserorum, dulcis consolatio afflictorum ac mater misericordiarum, desolatorum piissima consolatrix, in omni necessitate pupillorum prompta adiutrix! Exaudi ergo preces meas, et respice orbitatis meae et miseriae lacrymas. Et quia in diversis malis et angustiis propter peccata mea positus sum, ignoro ad quem fugiam, nisi ad te dominam meam, dulcissimam virginem Mariam, genitricem domini nostri Jesu Christi, conformem ac consimilem ac reformatricem humanitatis nostrae. Ergo aures tuae pietatis sive consuetae misericordiae tuae precibus meis benigne accommoda. Per viscera misericordissimi Filii tui; per dulcedinem, quam tunc habuit, quando humanum genus amplexatus est, ut deliberaret una cum Patre et Spiritu Sancto carnem pro nostra salute assumere fragilem, et angelo annuntiante et Spiritu Sancto obumbrante de te piissima virgo Maria incarnatus est, et novem mensibus in tuo sanctissimo utero clausus deus et homo gestatus est, ac decursis novem mensibus Spiritu Sancto cooperante gloriosam aulam tui virginalis uteri egrediens non aspernatus est visitare mundum; per angustiam, quam idem filius tuus dominus noster Jesus Christus habuit, quando in monte Oliveti Patrem invocavit, ut si fieri posset, transiret ab eo calix passionis suae. Per trinam orationem eius, per tristem quoque incessum tuum, quo secuta es eum cum lachrymis ad crudele spectaculum passionis eius et mortis. Per probra, sputa, colaphos, irrisiones, falsas accusationes et iudicia iniusta. Per vestem sorte et ludo acquisitam, per vincula et flagella eius; per trinas lachrymas eius, per guttas sanguinei sudoris eius; per patientiam et taciturnitatem eius, per pavorem et taedium ac moestitiam cordis eius. Per verecundiam, quam habuit, quando denudatus est in cruce et coram te piissima virgo Maria omnique populo pependit. Per regale caput eius arundine conquassatum, per spineam coronam eius, per sitim et gustum acetum cum felle mixti; per lanceam infixam sacratissimo lateri eius, per sanguinem et aquam, quae de sacratissimo latere eius profluxerunt et misericordiam et gratiam super nos abundanter effuderunt; per clavos infixos manibus et pedibus eius; per commendationem eius, qua Patri suam pretiosissimam animam commendavit; per dulcissimum spiritum eius, quem cum clamore valido clamando: Hely hely lama esabthani, et inclinato capite emisit (spiritum) dicens: Consummatum est. Per scissuram veli in templo et petrae, per obscuracionem solis et lunae, per tremorem terrae; per misericordiam eius factam in latrone; per crucem et passionem eius; per descensionem eius ad inferos; per omnes animas, quas adventu visitationis suae laetificavit. Per gaudium et victoriam et gloriam resurrectionis eius; per apparitionem eius, qua per quadraginta dies post resurrectionem tibi praelecta virgo Maria et apostolis¹ ceterisque electis apparuit. Per gloriosam ascensionem eius, qua te virgine gloriosa et ipsis cernentibus in caelum elevatus est. Per gratiam Spiritus Sancti paracliti, quam discipulorum cordibus in linguis igneis infudit per eos in toto orbe terrarum longe lateque diffudit. Per tremendum diem iudicii, quo tempore venturus est iudicare vivos et mortuos et saeculum

¹ Apostolos.

per ignem. Per omnem compassionem eius tecum in hoc mundo participantis; per suavitatem osculorum eius; per ineffabile gaudium, quo assumpta es in conspectu eiusdem filii, ubi gaudes et exultas sine fine. Laetifica cor meum et exaudi me in hac petitione mea, pro qua te suppliciter exoro et devote. *Hic pete, quod vis.*

F. LXXIXb: Et sicut certus sum, quod ille nihil tibi negans honorat, ita sentiam facilius, plenius, celerius et efficacius tuum sanctissimum adiuuamen et consolamen secundum suavitatem misericordissimi cordis tui, et secundum dulcissimi filii tui voluntatem timentium se et delectantium in se, et petitionem cordis eorum, et secundum necessitatem meam in his omnibus rebus, pro quibus sanctissimum suppliciter invoco nomen tuum et adiuuamen tuum, ut obtineas mihi apud deum dulcissimum filium tuum in fide catholica, spem firmam, charitatemque perfectam, veram cordis contritionem, fontem lachrymarum, sinceram confessionem, dignam et sanctissimam satisfactionem, diligentemque custodiam a peccatis; contemptum mundi, dilectionem dei et proximi, flagella dilectissimi filii tui in corpore meo immundissimo; veram patientiam ad omnia, quae pro amore filii tui sunt sustinenda; etiam mortem turpissimam, si oportuerit; executionem votorum, perseverantiam in bonis operibus, mortificationem propriae voluntatis, conversationem tibi placentem, felicem obitum. Et in extrema hora vitae meae poenitentiam vehementem, bonique sensus integritatem cum loquela. Et animabus parentum meorum, fratrum et sororum et omnium benefactorum meorum vivorum et mortuorum vitam sempiternam. Amen.

VIII.

Hort. an. LXXXa: Festetics-c. 176—177. (Nyet. XIII. 45.)

Subscriptam orationem edidit Sixtus papa IIII. et concessit eam devote dicentibus coram imagine beatæ Mariæ virginis in Sole XI milia annorum indulgentiarum verarum.

Ave sanctissima Maria, mater Dei, regina caeli, porta paradisi, domina mundi; tu es singularis virgo pura, tu concepta sine peccato, concepisti Jesum sine macula; tu peperisti creatorem et salvatorem mundi; in quo ego non dubito. Ora pro me Jesum dilectum filium, et libera me ab omnibus malis. Amen.

IX.

Hort. an. LXXXb: Thewrewk-c. 88—91. Nyet. II. 289.) Pozsonyi-c. 46—47. (Nyet. XIII. 128.) A fordítás mind a két codexben próza. V. ö. Irodalomtört. Közlem. VI. (1896) 378. 1.

Oratio aurea de beata virgine Maria.

Ave rosa sine spinis, . . .

X.

Hort. an. LXXXIa: Peer-c. 169—172. (Nyet. II. 76.) Lobkowitz-c. 247. (Nyet. XIV. 82.) V. ö. Irodalomtört. Közlem. VI. (1896) 379. 1.

Quicumque orationem sequentem devote quotidie dixerit, sine poenitentia et mysterio corporis Christi non decedet; sic fertur revelatum beato Bernardo, cui ab angelo data est.

Ave Maria, ancilla sanctae Trinitatis . . .

XI.

Hort. an. LXXXIIb: Peer-c. 213—219. (Nyet. II. 82.) Gömörö-c. 262—265. (Nyet. XI. 366.) Lobkowitz-c. 257—259. (Nyet. XIV. 86. A szakok rendje: 5. 1. 4. 2. 3. 6. 7.) A fordítás mind a három codexben próza.

De septem caelestibus seu spiritualibus gaudiis beatæ Mariæ.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Gaude flore virginali,
 quae honore speciali
 transcendis splendiferum
 angelorum principatum,
 et sanctorum decoratum
 dignitate numerum.</p> | <p>4. Gaude nexu voluntatis,
 et amplexu charitatis
 iuncta sic altissimo;
 ut ad votum consequaris,
 quicquid virgo postularis
 a Jesu dulcissimo.</p> |
| <p>2. Gaude sponsa chara Dei,
 nam ut lux clara diei
 solis datur lumine:
 sic tu facis orbem vere
 tuæ pacis resplendere
 lucis plenitudine.</p> | <p>5. Gaude virgo mater Christi,
 quia sola meruisti,
 o virgo piissima,
 esse tantæ dignitatis,
 quod sis sanctæ trinitatis
 sessione proxima.</p> |
| <p>3. Gaude splendens vas virtutum,
 cuius pendens est ad nutum
 tota caeli curia,
 te benignam et felicem
 Jesu dignam genitricem
 venerans in gloria.</p> | <p>6. Gaude mater miserorum,
 quia pater sæculorum
 dabit te colentibus
 congruentem hic mercedem
 et felicis poli sedem
 regnis in caelestibus.</p> |
| <p>7. Gaude virgo mater pura
 certa manens et segura,
 quia tua gaudia
 non cessabunt nec decrescent,
 sed durabunt et florescent
 per æterna sæcula.</p> | |

XII.

Hort. an. LXXXVa: Czech-c. 165—167. (Nyet. XIV. 342.) V. 6. Irodalomtört. Közl. VI. (1896) 498. I.

De S. Michaële archangelo. Sancte Michaël archangele domini nostri Jesu Christi, qui venisti in adiutorium populo Dei . . .

XIII.

Hort. an. XCIXa: Thewrewk-c. 165—168. (Nyet. II. 309.) Rhythmikus fordítás, a végén a szokásos Gloria Patri etc. szaknak megfelelővel megtoldva.

De omnibus apostolis.

- | | |
|--|--|
| ○ Petre beatissime,
apostolorum maxime:
me in fide catholica
tua prece consolida. | ○ princeps apostolice,
Bartholomaeae domine,
mala mea mortifica,
quae bona sunt, vivifica. |
| ○ Paule, mundi lilium,
praesta mihi auxilium;
spem firmam mihi impetra
contra mundi discrimina. | ○ Thoma tu, qui vulnera
palpasti salutifera,
tu sana plagas sceleris
caelestis rore nectaris. |
| ○ Andrea piissime,
vota precantis suscipe,
et charitatis germine
reple mentem dulcedine. | ○ Matthaeae, ne differas
fugare res mortiferas,
voluptates carnalium,
dans dona spiritualium. |
| ○ Jacobe accelera,
mea dele scelera,
mihi dans dona iustitiae
a fomento malitiae. | ○ Simon beatissime,
norma oboedientiae,
da per precum potentiam
veram oboedientiam. |
| ○ Joannes castissime,
Jesu Christo charissime,
Dona mihi prudentiam
et castam conscientiam. | ○ Juda Christum confitens,
cor mihi dona poenitens;
cum fructu poenitentiae,
in bonis permanentiae. |
| ○ Philippe, os lampadis,
evacua me a tenebris,
virtutum lustrans lumine,
muni me fortitudine. | ○ Matthia, qui meritis
coniunctus es apostolis,
a cunctis salva pestibus, ¹
coniunge me caelestibus. |
| ○ Jacobe Hierusalem,
fac me poli participem,
ornatus temperantia
et sanctitatis gratia. | ○ Maria Magdalena,
gratia divina plena,
apostolorum apostola,
salutem nobis impetra. |

¹ testibus.

Vos quemque singulariter
omnesque precor pariter,
ut pro meis excessibus
oretis horis omnibus.

Omnes sancti apostoli
mei vos miseremini,
vestra sancta memoria
me collocet in gloria.

Vos mundi de tumultibus
elegit pius dominus,
qui meruistis cernere
dominum nostrum in corpore.

Vos estis mundi lumina
super solem lucentia,
per quos fulget ecclesia
ut sol et luna splendida.

Cum filio vos hominis
hunc mundum iudicabitis,
me per vos salvum peto
extremo in iudicio.

XIV.

*Hort. an. CXXb: Thewrewk-c. 183—184. (Nyet. II. 317.) Próza
fordítás.*

De S. Maria Magdalena. An.

1. Gaude pia Magdalena,
spes salutis, vitae vena,
lapsorum fiducia.
Gaude dulcis advocata,
poenitendi forma data,
miseris propitia.

2. Gaude felix, deo grata,
cui dimissa sunt peccata
speciali gratia.
Gaude lotrix pedum Christi,
a quo tanta meruisti
amoris insignia.

3. Gaude primo digna frui
visu Redemptoris tui
surgentis in gloria.
Gaude, quae septenis horis
es ab antro vecta foris
ad caeli fastigia.

4. Gaude, quae nunc sublimaris
et cum Christo gloriaris
in caelesti curia.
Fac (et) nos sic poenitere,
ut post mortem lucis verae
sortiamur gaudia.

XV.

*Hort. an. CXXIVb: Thewrewk-c. 125. (Nyet. II. 297.) Próza-
fordítás.*

De S. Barbara virgine et martyre. An.

1. Ave martyr gloriosa,
Barbaraque generosa,
paradisi vernans rosa,
castitatis lilium.
Ave virgo pulchra tota,
charitatis fonte lota,
dulcis mitisque, devota,
vas virtutum omnium.

2. Ave criminis ignara,
sponsum audis voce clara:
Veni pulchra, veni chara,
veni, coronaberis!
Ave Barbara serena,
pulchra quasi luna plena,
singulari cantilena
sponsum agnum sequeris.

3. Ave Barbara beata,
 quae cum sponso praeparata
 nuptiarum ad optata
 transivisti gaudia.
 Ave fulgens margarita
 in corona Jesu sita;
 tam in morte, quam in vita
 sis nobis propitia.

XVI.

*Hort. an. CXLVIB: Thewrewk-c. 156—159. (Nyet. II. 307.)
 Pozsonyi-c. 37—38. (Nyet. XIII. 124.)*

Alia oratio ante communionem.

O dulcissime atque amantissime Domine Jesu Christe, quem nunc devote desidero suscipere, Tu scis infirmitatem meam et necessitatem, quam patior; in quantis malis et vicis iaceo; quam saepe sum gravatus, tentatus, turbatus et inquinatus. Pro remedio ad Te venio, pro consolatione et sublevamine Te deprecor. Ad omnia scientem loquor, cui manifesta sunt omnia interiora mea, et qui solus potes me perfecte consolari et adiuvere. Tu scis, quibus bonis indigeo prae omnibus, et quam pauper sum in virtutibus. Ecce sto ante Te gratiam postulans et misericordiam. Refice esurientem mendicum Tuum. Accende frigiditatem meam igne amoris Tui. Illumina caecitatem meam claritate praesentiae Tuae. Verte mihi omnia terrena in amaritudinem, omnia gravia et contraria in patientiam. Erige cor meum ad Te in caelum, et ne dimittas me vagari super terram. Tu solus mihi ex hoc dulcescas usque in saeculum, quia Tu solus cibus es et potus meus, amor meus et gaudium meum, dulcedo mea. Utinam me totaliter ex Tua praesentia accendas et comburas et in Te transmutes, ut unus Tecum efficiar spiritus per gratiam internae unionis et liquefactionem ardentis amoris. Ne patiaris me ieiunum et aridum a Te recedere, sed operare mecum misericorditer, sicut saepius operatus es cum sanctis Tuis mirabiliter. Quid mirum, si totus ex Te ignescerem et in meipso deficerem, quum Tu sis ignis semper ardens et nunquam deficiens; amor corda purificans et intellectum illuminans. Amen.

XVII.

*Hort. an. CXLVIIa: Gömöry-c. 74—78. (Nyet. XI. 321.) V. ö.
 Via Franciscana (Kempton 1751) 157. l. Or. S. Bonaventurae cím alatt.*

Alia oratio ante sacram communionem.

Ad mensam dulcissimi convivii tui, pie domine Jesu Christe, ego peccator de propriis meritis nihil praesumens, sed de tua confidens misericordia et bonitate accedere vereor et contremisco. Nam cor et corpus habeo multis criminibus maculatum; mentem et linguam non caute

custoditam. Ergo o pia deitas, o tremenda maiestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiae recurro, ad te festino sanandus; sub tuam protectionem fugio, et quem iudicem sustinere nequeo, salvatorem habere suspiro. Tibi domine plagas meas ostendo, tibi verendum meam detego. Scio peccata mea multa et magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiae tuae, pie domine Jesu Christe, rex aeternae, deus et homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te, et miserere mei pleni miseriis et peccatis, tu qui in fonte miserationis nunquam manare cessas. Salve salutaris victima pro me et omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salve nobilis et pretiosissime sanguis de vulneribus crucifixi domini mei Jesu Christi profluens et peccata totius mundi abluens. Recordare domine creaturae tuae, quam tuo sacro sanguine redemisti. Poenitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me clementissime pater omnes iniquitates et peccata, ut purificatus mente et corpore digne degustare merear sancta sanctorum; et concede, ut sancta praelibatio corporis et sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, bonorumque sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animae quoque et corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

XVIII.

Hort. an. CXLIXb: Gömör-y-c. 314—316. és alább még egyszer: 317—318. (Nyet. XI. 374. és 375.)

Alia oratio post sacram communionem ad Beatam Virginem.

O serenissima et inclyta virgo Maria, mater domini nostri Jesu Christi, regina caeli et terrae, quae eundem creatorem omnium creaturarum tuo sanctissimo utero digna fuisti portare; cuius idem veracissimum corpus et sanguinem ego indignus sumere praesumpsi: rogo te per virginalem humilitatem tuam, et per passionem et mortem eiusdem filii tui, ut ad ipsum pro me misero peccatore intercedere digneris, ut quicquid in eius sacrificio benedictissima ignoranter, negligenter vel accideret omisi, tuis sanctissimis precibus mihi dignetur indulgere. Amen.

XIX.

Hort. an. CLIIa: Gömör-y-c. 151—152. (Nyet. XI. 340.) Thewrewk-c. 303. (Nyet. III. 352.) Lobkowitz-c. 251—2. (Nyet. XIV. 84.) és alább még egyszer: 264. (Nyet. XIV. 89.)

Alia oratio post elevationem, pro qua conceduntur ccc dies indulgentiarum a Johanne papa XXII.

Anima Christi sanctifica me, corpus Chr. salva me, sanguis Chr. inebria me, aqua lateris Chr. lava me, passio Chr. conforta me; o bone

Jesu exaudi me, intra vulnera tua absconde me, et ne permittas me separari a te; ab hoste maligno defende me, in hora mortis meae voca me, et iube me venire ad te, ut cum sanctis tuis laudem te in saecula saeculorum. Amen.

XX.

Hort. an. CLla: Gömör-y-c. 141—142. (Nyet. XI. 337.) Lobkowitz-c. 343—344. (Nyet. XIV. 117.) Thewrewk-c. 238—240. (Nyet. II. 231.)

Oratio immediate post elevationem dicenda, ad quam Innocentius papa VI. contulit plures indulgentias ad supplicationem Philippi regis Franciae.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui hanc sacratissimam carnem et hunc pretiosissimum sanguinem de gloriosissimo Virginis Mariae utero assumpsisti, et eundem sanguinem de sanctissimo latere Tuo in ara crucis pro salute nostra effudisti, et in illa gloriosa carne a mortuis resurrexisti, et ad caelos ascendisti, et iterum venturus es iudicare vivos et mortuos in eadem carne: libera nos per hoc sacratissimum corpus Tuum, quod modo in altari tractatur, ab omnibus immunditiis mentis et corporis, et ab universis malis et periculis praeteritis, praesentibus et futuris. Qui cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti vivis et regnas per omnia saecula saeculorum. Amen.

XXI.

Hort. an. CLVIIIb: Peer-c. 185—190. (Nyet. II. 78.) Thewrewk-c. 63—67. (Nyet. II. 281.) Czech-c. 168—173. (Nyet. XIV. 343.) Gömör-y-c. 152—156. (Nyet. XI. 340.) Teleki-c. 314—316. (Nyet. XII. 386.) V. ö. Irodalomtört. Közlem. VI. (1896) 500. 1. A Teleki-c. idézése nélkül.

Sequitur oratio S. Augustini a Spiritu Sancto, ut dicitur, sibi revelata. Deus propitius esto mihi peccatori et custodi me . . .

XXII.

Hort. an. CLIXa: Peer-c. 199—205. (Nyet. II. 80.) Kriza-c. 68—74. (Nyet. II. 369.) Gömör-y-c. 132—136. (Nyet. XI. 335.)

Oratio, quam S. Bernardinus confessor ordinis Minorum quotidie dicitur orasse.

O bone Jesu, o dulcis J., o J. fili Mariae virginis, plenus misericordia et veritate. O dulcis J., miserere mei secundum magnam misericordiam tuam. O benigne J., te deprecor per illum sanguinem tuum pretiosum, quem pro nobis miseris peccatoribus effundere dignatus es in ara crucis, ut abicias omnes iniquitates meas. Et ne despicias humiliter te petentem et hoc nomen tuum sanctissimum Jesus invocantem. Hoc

nomen Jesus nomen dulce est, hoc nomen J. nomen salutare est. Quid enim est Jesus nisi salvator? O bone J., qui me creasti et redemisti tuo proprio sanguine, ne permittas me damnari, quem ex nihilo creasti. O bone J., ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omnipotens bonitas tua. O bone J., recognosce, quod tuum est in me, et absterge, quod alienum est a me. O bone J., miserere mei, dum tempus est miserendi; ne perdas me in tempore tui tremendi iudicii. O bone J., si merui miser peccator de vera tua iustitia poenam aeternam pro peccatis meis gravissimis, adhuc appello confisus de tua iustitia vera ad tuam misericordiam ineffabilem; utique misereberis mei ut pius pater et misericors dominus. O bone J., quae enim utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem aeternam? Non enim mortui laudabunt te, domine; neque omnes, qui descendunt in infernum. O misericordissime Jesu, miserere mei. O dulcissime J., libera me. O piissime Jesu, propitius esto mihi peccatori. O Jesu, admitte me miserum peccatorem inter numerum electorum tuorum. O Jesu, salus in te sperantium. O J., salus in te credentium, miserere mei. O Jesu, dulcis remissio omnium peccatorum meorum. O J., fili virginis Mariae, infunde in me gratiam tuam, sapientiam, charitatem, castitatem et humilitatem, ac in omnibus adversitatibus meis patientiam sanctam, ut possim te perfecte diligere et in te gloriari ac delectari in saecula saeculorum. Amen.

XXIII.

Hort. an. CLIXb: Peer-c. 181—184. (Nyet. II. 77.) Thewrewk-c. 246—249. (Nyet. II. 333.) Lobkowitz-c. 348—350. (Nyet. XIV. 119.)

Octo versus S. Bernardi.

Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus: praevalui adversus eum.

In manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me domine Deus veritatis.

Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi Domine finem meum.

Et numerum dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui me oderunt et confundantur, quoniam tu Domine adiuvistis me et consolatus es me.

Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen domini invocabo.

Periit fuga a me, et non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te Domine, dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

KATONA LAJOS.